contentus viribus ac terminis / Mediolanenses in pace
dimitteret. Ille haud ignarus se breui periturum vbi Ve-
netis paruisset / imperiũ eorum contempsit. ⁊ quãuis deser
tus ab omnibus videret̃. Nam soli Florentini / ⁊ hij q̃dem
parce opem ferebant. in obsidione tamen ꝑseuerare decre
uit. Jam mortuo Francisco picinino frater eius Jacobus
cum bracchianis ad Venetos transierat / Jam Leonardus
venereus aut senatu Veneto missus Mediolanũ ingressus
auxilia ⁊ cõmeatus magnam copiam quibus ciuitas idige-
bat / propediem affore pollicebatur. erat ⁊ in exercitu et in
ciuitate summa omniũ rerum indigentia. ita vt dubium vi-
deri posset an obsidens Francisci / an obsessus dici deberet
Vix ei bis mille equi superant / qui ferre insessorem possent
⁊ milites stipendio fraudati. pro cibis sese armis exuerant:
Neqꝫ eni Frãcisco argentũ erat quo stipẽdari militi posset
Sed inter spem metũqꝫ dubius obsidionem de die in diem
verba pro factis ostentans / producebat. In ciuitate vero
cum iam frumentum omne absumptum esset: nec aliud ge-
nus edulij restaret. ⁊ iam canes. equi. ceteraqꝫ id generis
animalia manderent̃. nec ferre amplius famem multitudo
posset. collecti in vnum apud portam vercellinam / corre-
ptis armis in forum prorumpunt: obuiũqꝫ Leonardũ ve-
netorum legatum gladijs confodiunt ac discerpunt: exin
palacium fusis tyrannoꝝ Satellitibus aggrediuntur quo
sine resistentia occupato quos iuenerunt tyrannis vincula
indidere. Exin missis ad Franciscũ legatis ꝑncipatũ ei ciui
tatis obtulerũt / qui mox ingressus dominiũ vrbis accepit.
⁊ deinde nõ multis interiectis dieb⁹ cum liberis ac cõiuge
versus ducalibus insignib⁹ exornatus in triũphantẽ modũ
vrbem intrauit: qui cum iam Comũ parmãqꝫ in deditionẽ
accepisset: Vilhelmoqꝫ Monte ferratensi Alexandriã ad-
emisset. nõ paruũ deinde bellũ Florẽtinis socijs cũ Venetẽ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-307/0119
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG